



**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

18. De seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Seruis non ordinandis, & eorum
manumissione.

TIT. XVIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris in *brenuario sanctorum Canonum*, fol. 164. vers. Petr. de Rauenna in *compendio iuris Can.* Mart. Mesnartius in *epitome Decret.* fol. 22. verso, Guillelm. Durand. Specul. in *brenuario aureo iuris Can.* fol. 27. Dan. Venator, in *analyti methodica iuris Pontific.* pag. 77. Goffred. & Host. in *sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in *paratiis ad quinque libros Decret.* Petr. Alphons. de Valconcel. in *harmonia rubr. iuris Canon.* Barthol. Carthag. in *expos. titulorum iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. *summ. in Decretal.* omnes sub hac rub.

De materia huius text. scripserunt Guillelm. Durand. in *speculo iuris*, sub hoc tit. Maiol. de *irregul.* lib. 1. c. 35. Albert. Trot. de *vero & perfetto clerico*, lib. 2. c. 4. Bernard. & Salzed. in *pract. c. 19. in nouiss. edit.* Vgolin. de *irreg.* c. 57. Tol. t. in *sum. lib. 1. c. 59.* Auila de *cenfur.* p. 7. disp. 3. dub. fin. Soar. eod. tract. disp. 5. sect. 3. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19. punct. 1. Cardoso in *praxi iudicum*, & *Aduocat. verbo*, Sacramentum Ordinis, n. 45. Valer. Regin. in *praxi furi pen.* lib. 3. c. 6. 3. Sayr. de *cenfur.* lib. 6. c. 14. ex n. 1. Soar. tom. 5. disp. 51. sect. 3. & 4. Vgolin. c. 57. plures per Cened. ad *Decretum collect.* 6. 1. latè Campan. in *diuersorio iuris Canon.* r. b. 1. 1. c. 8. Beller. *disquisit. cleric.* p. 1. tit. de *disciplina cleric.* §. 14 Barthol. de Vecchis in *praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis* disp. 2. dub. 2. nouissimè Illustr. D. meus Rod. à Cunha in *comment.* ad cap. 1. eum seq. disp. 54. Paul. Layman. in *Theologia morali* lib. 1. tract. 5. p. 5. c. 8. De seruis, vel famulis egit Hyppol. Bonacoli. tom. 6. tractatum Doct. part. 1. fol. 121. & de seruis seu hominibus propriis Frider. Nulmannus, & de seruis, & eorum ministeriis Laurent. Pignorius.

SVMMARIVM.

- 1 Seruus ante plenam manumissionem ordinari non debet.
- 2 Seruus ordinari non potest, si verò ausu temerario Ordinibus sacris se fecerit insigniri, caratorem recipit.
- 3 Ingenuus est qui statim cum nascitur liber est.

CAP. Instruendi. I. Conc. Tolet.

Seruus ante plenam manumissionem ordinari non debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Anchar. Hostienf. Butr. Panormitan. Henric. Innoc. Viulan. in *rationali primi libri iuris Pontif.* pag. 325. Alagona in *compendio iuris Canon.* pag. 116. remissuè Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decretal. l. 1. tit. 10. cap. 1.

Collige ex text. seruum ordinari non posse. Ratio est, quia non decet seruum ob vilem conditionem euehi & promoueri ad dignitatem sacerdotalem, ne

dignitas Sacerdotij parumpendatur; tunc etiam quia homo ordinatur vt naueat operam rebus diuinis, seruus autem non potest rebus diuinis operam nauare, eo quod domino suo inferuire cogatur, vide Gamam in *rr. de Sac. praestandis vlt. supplicio damnatis*, q. 5. n. 9. Bonacini. de *cenfur.* disp. 7. q. 2. punct. 4. n. 1. Bellet. *disquisit. cleric.* p. 1. tit. de *disciplina cleric.* §. 14. n. 1. Bernard. & Salzed. in *pract. c. 19. in nouiss. edit.* Campan. in *diuersorio iuris Canon.* rub. 1. 1. c. 8. n. 1. Huiusmodi verò seruilis conditionis vir si hanc prohibitionem paruifecerit, ausuque temerario ductus, Ordinibus sacris se fecerit insigniri, characterem recipit, Maiol. de *irregul.* c. 35. n. 3. vers. *prohibentur*, Bernard. d. c. 19. n. 2. Greg. de Valent. tom. 4. disp. 7. q. 9. punct. 3. §. 2. vers. *quintus*, Sayr. de *cenfur.* l. 6. c. 14. n. 2. peccabit tamen mortaliter, Tolet. in *summ.* lib. 1. c. 25. num. 1.

In gloss. *Ingenuitatis*, ibi, *Improprie tenetur istud verbum. quia ingenuus est, qui statim cum nascitur liber est.* Vide Leli. de Zanchis in *rr. de primis Eccles.* c. 34. n. 3. cum seqq. Campan. d. c. 8. n. 13.

SVMMARIVM.

- 1 Seruus sine licentia domini ordinatus deponitur, & domino restituitur.
- 2 Seruus dolo alius ignorantibus ad Sacerdotium promotus, deponitur, & domino redditur.
- 3 Seruus sciente domino, & non contradicente in clericum ab Episcopo promotus libertatem nanciscitur.
- 4 Seruus si fiat religiosus, & profiteatur fraude liberum se esse probans, domino restituitur, & religioni obnoxius manet.
- 5 Serui Ordinibus insigniti, cur domino restituendi sint, ostenditur.
- 6 Serui absque dominorum licentia religionem ingredi non possunt.

CAP. De seruorum. II.

Seruus calliditate, vel fraude ordinatus deponitur, & domino restituitur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabab. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Boich. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Viu. in *ration. primi libri iuris Pontif.* pag. 126. Alagona in *compend. iuris Canon.* pag. 116. remissuè Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Anton. Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 10. cap. 2.

Collige ex text. quod si seruus ad Sacerdotium promotus sit, domino suo & Episcopo ordinatore ignorantibus calliditate, seu dolo, aut malitia serui interueniente à Sacerdotio deponitur, & domino redditur, vt per Trot. de *vero & perfetto cleric.* lib. 2. c. 4. n. 3. Gama in tract. de *Sacram. praestandis vlt. supplicio damnatis*, q. 5. n. 9. Bart. de Vecchis in *praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis* disp. 2. dub. 2. n. 5. & tunc tenetur continentiam seruare, Sayr. de *cenfur.* lib. 6. c. 14. post n. 5.

[Nisi prius à dominis libertatem fuerint consequuti.] Vel sciente domino, & non contradicente in clericum ab Episcopo fuerit electus, Azor. *inst. mor.* q. 1. lib. 1. c. 4. §. si passus, vers. *item si seruus.*

[Qualibet calliditate, vel fraude.] Nota quod si seruus de facto profiteatur, & in sua receptione vsus est fraudibus, vt potè probando se esse liberum per falsos testes, non obstante professione domino suo erit restituendus, & restitutus erit nihilominus religiosus, & religioni obnoxius quantum in ipso est, vt per Lud.

Ludou. Miranda in *manuali Prælat. tom. 1. q. 17. art. 2. concl. 3. ex Syluest. in sum. verbo, Religio*, 2. q. 3. vide eam-
men infra n. 7.

5 Et eius dominus eum recipiet.] Querit Campanil. in *diuersorio iuris Canonici*, rub. 11. c. 8. n. 11. vers. postremo, cur serui Ordinibus insigniti sint domino restituendi; cum semel Deo dicatum amplius ad vsus humanos transferri minime debeat, iuxta *reg. semel. de regulis iuris lib. 6.* adeo vt qui rem alienam consecrat, non nisi ad illius æstimationem teneatur, c. *comperimus* 14. q. 6. & respondet cum gloss. fin. in c. *frequens* 5. q. 4. dist. 8. Goffred. in *summa huius tit.* quod regula præfata tantum in rebus inanimatis locum habet, quia in illis consecratio consideratur in superficie, ideoque laicus res consecratas, aut vasa sacra tangere nequit, c. *vasa sacra*, de consec. dist. 1. tum quia in illis non perpenditur dolus, c. *Episcopus*, 7. q. 1.

6 In gloss. Deponatur. Vide circa totius huius glossæ interpretationem Campanil. d. c. 8. n. 5.

7 In ead. gl. ibi, si verò quis Monachus factus, &c. Serui absque licentia dominorum suorum Religionem ingredi non possunt, cap. si *seruus*, c. *generalis*, 5. q. 4. dist. 6. si quis incognitus 17. quæst. 2. Less. de iustit. lib. 2. cap. 16. sub num. 70. Campanil. d. cap. 8. num. 12. Lud. Mirand. d. q. 17. art. 2. concl. 1. Et ideo si repetantur intra triennium à dominis suis erunt restituendi cum omnibus, quæ attulerunt, fide tamen accepta de eorum impunitate, d. cap. si quis incognitus; si verò per triennium perdurauerint in Monasterio, & professionem emisserint vidente domino iugum seruitutis enadunt, vt per Syluest. verbo, *religio* 2. q. 3. Campan. d. cap. 8. num. 12. Ludou. Miranda d. q. 17. art. 2. concl. 2. quod quidem triennium non currit à die susceptionis habitus, sed notitiæ, & scientiæ domini, vt tenent Campan. d. n. 12. & Ludou. Miranda d. art. 2. concl. 4. in fin. Tamen si ingrediantur religionem & profiteantur Monasterij culpa, quia sciebat eos esse seruos, vel neglexit inquirere cum essent incogniti, remanebunt in Religione, sed Monasterium satisfaciet dominis damnum secundum boni viri æstimationem, d. cap. si *seruus*, Campan. & Ludouic. Miranda locis proximè citatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruus ab Ecclesia manumissus ordinari potest & quod acquiri, post suum obitum erit Ecclesia manumittentis, quam si accusat vel contra eam testificatur, libertate, & Ordine priuari debet.
- 2 Liberti ob ingratitudinem reuocantur in seruitutem.

C A P. De famulis. III.

1 Seruus Ecclesiæ ab ea manumissus potest ordinari, sed quicquid acquirer, post eius mortem erit Ecclesiæ manumittentis, quam si accusare, vel testificari aspirauerit, priuatur gradu honoris, & iterum fit seruus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Anan. Host. Henric. Boich. Innoc. Butr. Panorm. remissiuè Ximen. in concord. part. 2. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 327. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 116. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 4. desumitur ex Conc. Tolet. IV. c. 73.

2 Non solum libertatis beneficio carent, &c.] Notatur ad hoc quod liberti ab ingratitudine reuocantur in seruitutem, vt per Tiraq. in l. si unquam, verbo, *libertis*, num. 31. C. de reuocandis donat. Surd. de alimentis, tit. 8.

pruul. 65. n. 5. 4. cum seqq. Cened. prætic. & canon. q. lib. 1. q. 16. n. 19. Sanch. de matrim. lib. 7. dist. 24. num. 12. Azor. in sit. moral. p. 3. lib. 11. de donation. c. 8. q. 2. vers. item donatio, Rebello de obligation. iust. p. 2. lib. 1. 8. q. 9. n. 4. Cardof. in praxi iudicum. verbo, *seruitus*, n. 54. Marta de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 90. num. 11. cum seqq. nouissimè Illustr. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 4. num. 3. dist. 54.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominus in seruo, quem manumissit, potest spirituales operas retinere.
- 2 Seruus domino ignorante aut contradicente Sacris initiatus debet ei seruire in obsequiis statui decentibus.
- 3 Seruus inuito aut infcio domino ordinatus an habeat fori, & Canonis priuilegium, ostenditur.

C A P. Nullus. IV. Ex Conc. apud Altheum.

Seruus manumissus à domino, & ordinatus, si non vult in superbiam elatus recitare horas Canonicas domino suo, Episcopus talem accusatum potest degradare. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Anch. Butr. Anan. Host. Innoc. Panorm. Henric. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 328. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 117. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 3. & Burchard. lib. 2. c. 234. Ion. part. 6. cap. 302.

In gloss. Degradatur, fin. ibi, quod si domino ignorante seruus sacerdos factus fuerit, debet reddi domino vt seruiat ei in diuinis. Notatur ad hoc quod si domino ignorante, aut contradicente seruus Sacris initietur, debet seruire etiam Sacerdos in obsequiis statui decentibus, vt per Henric. in sum. p. 2. lib. 14. c. 8. §. 7 in princ. vide dicta in collect. ad cap. 2. n. ultim. de success. ab intest.

In ead. gloss. ibi, & nullo priuilegio clericali gaudebit. Notatur ad hoc quod seruus promotus ad minores inuito aut infcio domino, ac propterea illi restitutus repuratur pro mero laico, & carere debet tum fori priuilegio, tum altero Canonis si quis suadente 17. q. 4. 1. vt per Maiol. de irregul. lib. 1. c. 35. contra quem merito infurgit Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. c. 8. n. 6. post Sayr. de censur. lib. 6. c. 14. n. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Spurijs, & serui ordinari non debent.
- 2 Liberti non sunt ordinandi nisi fuerint directè manumissi.
- 4 Spurius quis dicatur, ostenditur.

C A P. Consuluit. V. Alex III.

Spurijs & serui ordinari non debent. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 328. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 117. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 10. c. 5. & est post Conc. Lateranen. sub Alex. III. part. 26. c. 19.

Neque seruos ordinare debes.] Notatur ad hoc quod serui non sunt ordinandi, vt per citatos sup. ad cap. 3. hoc

*hac rit. Amplia in liberis, nisi fuerint matumissi di-
recte, & sine obsequio, Henric. in sum. lib. 1. c. 8. §. 7.
in com. li. K. Marta de iuris. p. 4. casu 90 n. 14.*

*3 In consecratione tibi dictum fuit, &c.] Vide Campan.
in divers. iur. Can. rub. 1. c. 8. n. 1.*

*4 In gloss. Spur. os, ibi; Spur. est, cui pater est vul-
gus, &c. Spurius in duplici sunt differentia, alij enim
sunt qui patrem certum non habent, vt sunt nati ex
meretricibus, vel alijs cum quibus multi habent
consuetudinem, & omisissis varijs etymologijs, de qui-
bus Rojas in Epit. successionem, c. 1. n. 11. & c. 19. n. 1. di-
cuntur à duabus literis S. P. quibus à Romanis signifi-
cabantur, quasi sine patre filij, vt docet Iustin. in §. si
aduersus, Inst. de nupt. & ex Theoph. Plutarcho, Budæo
& alijs explicat Cou. de spons. p. 1. c. 8. §. 5. in princ. Paleot.
de notis, & spuris, c. 16. n. 4. Rojas d. c. 19. n. 6. Cer-
uantes l. 9. Tauri, n. 19. Salotz. de paricid. lib. 2. c. 10. Alij
verò sunt qui patrem certum habent, sed quem legi-
bus habere non licet, vt nati ex his, quos matrimo-
nium contrahere lex vetat, veluti ex consanguini-
ceis, aut vxoratis, vel voto solemniter obstrictis, quam
differentiam ponit text. in l. vulgo concepti, ff. de statu
hominum.*

SVMMARIVM.

- 1 Seruus Ecclesie manumissus ab ea vt fiat clericus, &
ipsi Ecclesie perpetuo seruiat in diuinis, ad aliam
Ecclesiam se transferre non potest, secus si pure fue-
rit manumissus.*
- 2 Declaratur text. in presenti.*
- 3 Declaratur text. in c. 2. de cond. apposi.*

CAP. Fo libentius. VI. Innoc. III.

*1 Serui Ecclesie si manumittuntur, & ordinantur ea
conditione, vt perpetuo inferuiant illi Ecclesie in
officijs, non possunt ad alias Ecclesias transire, secus
si absolute manumittuntur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq.
Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc.
Butr. Panorm. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag.
328. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 117. remissiuè
Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. De-
cret. lib. 1. tit. 1. §. c. vnic.*

*2 Dubius est text. hic quatenus videtur decidere dari
libertatem pro re spirituali, contra text. in c. vlt. in fi. de
pactis, sed vt ibi respondet communis olim Præcep-
tor in Conimbricensi Academia iuris Pontificij insi-
gnis Professor D. Ludon. Correa, conuentio hic facta
fuit sub illa forma vt seruus manumittatur ea condi-
tione vt factus clericus maneat in famulatu Ecclesie,
& ira obligatio manendi in seruitio cadit super liber-
tate concessa, nec tunc libertas datur pro re spirituali,
sed magis pro obligatione perpetuo ibi manendi, &
primandi se facultate eundi in alium locum.*

*3 In gloss. Eo tenore, ibi; & in fi. de cond. apposi. c. 2. Ad-
uerte in terminis illius text. conditionem seu modum
de ingrediendo Religionem adiectum libertati ideo
non improbari, quia pro subsistentia non requirebat
partis acceptionem; quòd autem is modus non re-
quirat prædictam acceptionem ex eo patet, nam ad-
iectus fuit manumissioni proprijs serui, ac proinde si-
cut libertas data proprio seruo statim suum habet ef-
fectum antequàm à parte acceptetur, l. 2. C. de manum.
ita idem de modo adiecto omnino dicendum erit, reg.
accessor de reg. iur. in 6. Cum igitur modus ille de ingre-
diendo Religionem absque partis acceptione suam
habet vim, recte fit vt quantumcunque circa spiritua-*

*le versetur improbari non debeat, quem intellectum
præstitit olim præceptor colendissimus D. Emm. Soar.
in suo eleganti tr. de leg. manuscript. in com. ad c. quam pio 1.
q. 2. art. 3. concl. 3.*

SVMMARIVM.

- 1 Ius quod est de seruo facto Diacono etiam de Subdia-
cono debet intelligi.*
- 2 Subdiaconatus ordine initiatus eximitur hodie à serui-
tute.*

CAP. Miramur. VII.

*1 St idem ius de seruo facto Diacono, & de seruo
facto Subdiacono. Colligunt ex Ord. Abb. antiq.
Zabar. Collect. Bellam. Butr. Ioann. Andr. Innocent.
Anania, Panorm. Hostienf. Anchar. Viuian. in rationali
primi libri iuris Pontificij, pag. 329. Alagona in compend.
iuris Canon. pag. 117. remissiuè Ximen. in concord.
p. 1. & 2.*

*Quia olim qui ordine Subdiaconatus initiatus erat, 2
non vtique eximebatur à seruitute, c. ex antiquis §. 4.
dist. quandoquidem inter sacros Ordines nondum nu-
meratus erat, coepit enim à const. Greg. Lin. c. ante trien-
nium, 1. dist. & Urbani I Lin. c. erubescant 32. dist. esse sa-
cer Ordo, & habere sibi annexum perpetuæ conti-
nentia votum, Azor. inst. mor. p. 1. lib. 1. c. 13. q. 2. ideo
iure merito Innoc. III Lin. præsentis distam c. ex antiquis,
extendendum censuit ad insignitum Subdiaconatu,
ita Campan. in diversorio iuris Canon. rub. 1. c. 8. n. 1.
in fine.*

SVMMARIVM.

- 1 Natus ex patre seruo, & libera matre potest Ordini-
bus donari, & n. 2.*
- 3 Partus sequitur ventrem.*

CAP. Dilectus. VIII. & fin.

Greg. IX.

*1 Filius natus ex seruo & libera, est liber, & licetè
promouetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.
Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anch. Henric.
Butr. Anania, Innoc. Panorm. Viuian. in rationali primi
libri iuris Pontificij, pag. 329. Alagona in compend. iur.
Canonici, pag. 117. remissiuè Ximen. in concord.
p. 1. & 2.*

*Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cardin.
Tolet. in struct. Sacra lib. 1. c. 59. §. 1. Illustr. D. meus Ro-
der. à Cunha post primam huius libri impressionem à
me visus in com. ad c. 1. n. 2. in fin. dist. 54. Paleoth. de no-
tis, & spuris c. 1. §. n. 4. Læli. de Zanchis in tract. de pri-
uileg. Eccles. priuileg. 4. n. 14. quos refert & sequitur Cam-
pan. in diversorio iuris Canonici, rub. 1. c. 8. n. 10. vers. vt
tamen.*

*Cuius debet imitari conditionem.] Notatur ad hoc quòd
seruus fit ratione seruitutis maternæ, non autem pa-
ternæ, nam partus sequitur ventrem, Sanch. de matr.
lib. 7. disp. 24. n. 1. c. 8. Ant. Picard. in tract. de nobilit. com-
municatiua, n. 12. Vide ad c. 2. in gloss. de coniug. seru.*

*In gloss. Mater, ibi, Deteriorem partem sequatur, id
est, debiliorem. Sequitur Abb. b. c. & Sylu. verbo, serui-
tus, n. 4. vers. nec obstat, Campan. d. n. 10. in fine.*

De